

566 DE BELLO ALEXAN.

rijsq; in C. Pöpeij castris fuisset: neq; enim se iudicem debuisse esse cōtrouersiarū populi Ro. sed parere praesentibus imperijs. Contra quem Caesar, quum plurima sua cōmemorasset officia, quae consul ei decretis publicis tribuisset, cumq; defensionē eius, nullā posse excusationē eius imprudentiae recipere coarguisset, quod homo tanta prudentiae, ac diligētiae scire potuisset, quis urbem, Italiamq; teneret, ubi Senatus, Populusq; Ro.

¶ C. ubi Resp. esset. Quis deinde post L. Lentulū, & M. Marcellum consul esset. Sed tamen se cōcedere id factum superioribus suis beneficijs, ueteri hospitio, atq; amicitia, dignitati atq; hominis: precibus corū, qui frequentes cōcurrissent, hospites, atq; amici Deiotari ad deprecandum. De controuersijs Tetrarcharū postea se cogniturū esse dixit: regium uestitum ei restituit. Legionem autem, quam ex genere ciuium suorū Deiotarus natura, disciplinaq; nostra constitutam habebat, equitatūq; omnē ad bellum gerēdum adducere iussit. Cum in Pontū uenisset, copiasq; omnes in unū locum coegisset, quae numero, atq; exercitatione bellorū mediocres erāt, excepta enim legione sexta, quā secū adduxerat Alexandria ueteranā, multis laboribus, periculisq; functā, multisq; militibus partim difficultate itinerū, ac nauigationū, partim crebritate bellorum adeo diminutā, ut minus mille hominum, in ea esset. Reliquae erant tres legiones, una Deiotari, duae quae in eo pralio, quod Cn. Domitiū fecisse cū Pharnace scripsimus.

Caesaris am  
cum respon  
sum ut sum  
Eloquentia.

Nam quum in  
C. Pöpeij castris fuisset: neq; enim se iudicem debuisse esse cōtrouersiarū populi Ro. sed parere praesentibus imperijs. Contra quem Caesar, quum plurima sua cōmemorasset officia, quae consul ei decretis publicis tribuisset, cumq; defensionē eius, nullā posse excusationē eius imprudentiae recipere coarguisset, quod homo tanta prudentiae, ac diligētiae scire potuisset, quis urbem, Italiamq; teneret, ubi Senatus, Populusq; Ro.

quae multa  
pericula  
et laboribus  
et fatigantur